HIERONYMUS
um 836/859 Seite 46r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



" siue insonuisti pede. & gauisa es ex toto affec
" tu siue insultasti ex animo tuo super ram
" isrl. Idcirco ego extendam manum meam super te.
" & tradam te in direptionem gentium. & inter
" ficiam te de populis. & perdam de terris. &
" conteram. & scies quia ego dns;

Capta uel obsessa hierusalem. post quam
uenit in babylonem qui potuerat euadere
& nuntiauit urbem iamiamque capien
dam. uel cum templo esse subuersam. iux
ta consuetudinem omnium prophetarum.
aduersum ceteras in circuitu nationes.
quae insultauerant ruinae hierusalem.
templiq; incendio sermo conuertitur
prophetalis. primumq; contra filios am
mon. qui habebant metropolim nomine
rabbath. quae hodie a rege aegypti ptolo
meo cognomento philadelpho qui arabiam
tenuit cum iudea philadelphia nuncupa
ta est; fili inquit hominis. pone. siue obfir
ma faciem tuam contra filios ammon. qui de
loth stirpe generati sunt. & dices ad eos;
Haec dic dns ds; Non sunt enim prophetae